

II.

D. O. M. S.

Ætatum. omnium. Heroinas. in. una. omnes. mirare!

Illa. erat.

WILHELMINA. AMALIA.

vere. magna. pia. Augusta.

Virtutum. omnium. Alumna.

ingenio. supra. sexum. sublimi.

&. forma. ac. Oris. Majestate. inclyta.

Germaniæ. olim. amor. nunc. dolor.

Nobis. Miraculum. posteris. Exemplum.

Sanctæ. Crucis. devotissima. Cultrix.

Imperialem. cum. æterna. commutans. Coronam.

nunquam. turbanda. tranquillitate. fruitura.

sursum. festinat. mundo. major.

Nihil. nisi. Cælum. par. sibi. inveniens.

Tam. constans. in. adversis. non. minus. quam. in. prosperis. Virago.

Ora. jam. Omnium. &. corda. habet. pro. Mausoleo.

in. quo. sibi. superstes. vivet.

in. tumulo. etiam. immortalis.

ergo. Siste. fletum. Lector.

&. bene. precare. piis. manibus. Principis.

Desideratissimæ!



*J. V. de König.*

*Handwritten:* H. von C. Hist. Scen. D 36, 69